



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 70. Fœderis articuli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

sem ditionem, & Abduæ litora renun- Sæcul. XVI.
 ciarunt, Senatu etiam annuente, ut Lu- A.C. 1513.
 dovicus hæreditarium Avi sui imperium
 amplis, iisdemque finibus, prout
 illud olim Vicecomites possederant, ex-
 tensum recuperaret, ea tamen lege, ut
 recepto Ducatu mox copias suas Venetis
 jungeret, & sic ditiones mari vicinæ ad
 eundem, in quo ante Cameracense fœdus
 erant, statum reducerentur.

§. LXX.

Fœderis Articuli.

Fœderis hujus articuli sequentia com-
 plectebantur capita, vi quorum I.
 Cuncta Venetis erepta restituantur, ei-
 demque Reipublicæ omnia, quæ ante
 belli auspicia possederat, integre reddan-
 tur, excepta Cremona, & Abduæ urbi-
 bus, quæ Gallis relictae Mediolanensi Du-
 catui, a quo distrahebantur, denuo jun-
 gantur. II. Cum Bellum sat cruentum
 instaret, quo Galli Mediolani Ducatum,
 & Veneti urbes sibi erectas recuperarent,
 ad augendas belli vires Respublica octin-
 gentos Lancearios, mille equites leviter
 armatos, peditumque decem millia, du-
 ctore Bartholomæo Liviano suppeditet,
 Rex vero Christianissimus mille quingen-
 tos lancearios, ac pedestris militiæ decem
 millia, quibus Robertus de Marca præ-
 sit,

Sæcul. XVI. sit, submittere cogatur. III. Supremum
 A.C. 1513. totius exercitus imperium sit penes Trivul-
 molium, cui ab imperio secundus subfit
 Joannes Jacobus Trivulcius, eo quod ipse
 Italicarum rerum, totiusque Regionis
 peritissimus esset, verum crebra erat discep-
 ptatio de sumptibus, pro obsidione Vero-
 nensis urbis, quam Cæsar occupabat, im-
 pendendis. Ast Ludovicus, ut conten-
 tionem dirimeret, scripto fidem suam ob-
 strinxit, quod solus in se hujus obsidionis
 sumptus suscipere, necnon cuncta Gallis
 urbem obsidentibus ad victum necessaria
 subministrare velit, dummodo Veneti me-
 diam expensarum partem ferrent, His
 ita conclusis foedus utrinque firmatur,
 & Grittus, cui soli redditæ concordia
 gloria cedebat, recuperata libertate Le-
 gati munere functus, in Galliis permanxit.

§. LXXI.

*Sessionis sextæ prorogatio per Consti-
 tutionem Leonis X. indicata.*

E quidem Julius II. qui ante obitum su-
 um quintam Concilii Lateranensis
Labb. Conc. Collect. t. I. 4. Sessionem celebrabat, sextam ad unde-
 p 150. seq. cimum Aprilis diem anni supra millesi-
Raynald. hoc ann. n. 18. mum quingentesimi decimi tertii indixe-
 rat: Leo tamen Pontifex, qui hoc tem-
 poris intervallo Julio succellerat, Sessio-
 nem præfixa die habere præpediebatur,
 unde